



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa  
Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones  
Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

In Consecratione Abbatissæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](#)

quidem in latere Christi, sed ut idolum, ut abominationis in loco sancto. Contingit fortè quod Petrus & Joanni qui cum quaerent Christum in sepulchro, non invenerunt nisi linteum in vesti: non invenitur nisi vestis, deest res ipsa. Memores sitis quam frequentissimum sacrificium Domino offerre. B. Laur. Justinianus dicebat de omnibus celebrationem Missæ. Qui cum posset Domino suo frui, & non frueretur, facile se declarat Domini sui caram non habere. Accedite jam qui vocati estis à DEO, sed accedite, in puritate, sanctitate, nota sit modestia vestra hominibus, videant opera vestra & glorificant Parrem vestrum. Nunquam à vobis recedat timor DEI, non dominetur peccatum in vestro corpore. Sancta tractate sancte, alioqui dicet vobis DEUS. Quòd mihi multitudinem victimarum vestiarum? plenus sum, holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui, cum ventretis ante conspectum meum quis quasi sit hec de manibus vestris, cum ambularetis in atris meis? Ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum abominationis est mihi. Neomeniam & sabbatum, & festivitates alias non feram; iniqui sunt catus vestri. Kalendas vestras & solennitates vestras odivit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens & cum extenderitis manus vestras, avertam oculos à vobis.

### In Consecratione Abbatissæ.

**D**UO munia accipit in se Praefecta Monialium, & ut custodiat Virgines, & ut regat Religiosas. Utrumque est sublime. Virgines sunt Christi sponsæ: Religiosæ sunt valet Christo consecrata. In quoconque horum defecerit grande instar judicium, & tanquam proderet Christi thesauros vapulabit: pro utraque ingens præmium. Si enim seipsum custo-

G

custo-

custodienti Religioso promittitur centuplum, & vita æterna,  
quid tot alios Conservant?

Quod virginitatem attinet, crebro illud Hieron ad Eustochium meditetur. Rectius fuerat homini subiisse conjugium, ambulasse per plana, quam ad altiora tendentem in profundum inferni cadere. Ne stat obsecro Civitas meretrix. Isai 1. Ne post Trinitatis hospitium, dæmones ibi saltent, & Sirenes nidscent & erici. Proinde attendat ne in aliquam cadat reprehensio. Bern. epist. 115. Cur velum in capite mentiebatur reverentiam, & subinde petulans oculus exhibebat impudentiam? Attendat ne te aliqua nimis comat. Basil. orat. ad nepotes de libris Gracorum legendis. cap. 12. Occupatum esse in corporis ornatu non minus turpe dicendum arbitror, quam aut pellicem esse aut adularam &c. Neque enim minus turpe est, cum qui verè hoc cognoverit scire dignus existat nimiam corporis curam habere, quam ad aliam quamvis passionem effeminatum esse &c. Moneat ut quo amore castitatis eam voverunt, illam semper augeant. Basil. l. c. Si flammantem spiritum, quo nunc recaluit sine dubio certum intra te, & meditationibus tuis ex ardescen tem ignem Divinum jam extingvi permisisti, quid restat nisi ut te illi servandum noveris igni qui non posse extingvi? Non sint colloquia cum saecularibus etiam affinibus. Basil. ad Chilonem. Si similem Christo mortuus, ac à tua generatione ac prosapia secundum carnem disjunctus, quid rursus cum eisdem involui cupis. Si enim, que ob Christum senel amisisti, haec rursus ob tuos propinquos addicas, promissis minime stabis, inconstitiae damnaberis. Amplus Tercul. lib. de velandis virginib. Vera & tota & pura virginitas nihil magis timet quam se met ipsam, etiam feminarum (ipsa foemina) oculos pati non vult. Et Ambr. lib. 3. de virginib. Deesse virginis sermonem quam superesse malo. Cogitent le habere thesaurum in vasibus fictilibus.

Jan

Jam ad regimen. Intelligat se non mancipijs sed Christi  
filiabus præesse : proinde Matrem agat non Despotam ,  
non veluti victor captivis imperet. Quod solent facere, ut  
ait Adrian. Gallus; qui domi suæ fordinum captivi erant, & in  
Religione velut mundum invenissent, regimen acceperunt.  
Reges gentium dominantur eorum , vos vero non sic. Vo-  
luntariè tibi obedit, qui si mansissetis in sæculo forte coactus  
servivisses. Propter Christum paret, imperet ut Christus, &  
hoc imperium maximè sit in eo quod Petrus præcipit , *Forma*  
*gregis facti, exemplo sac bonos.* Necis Christi dictum Oderint  
dum metuant. In charitate non in metu perfectio. Sunt qui dum,  
ait idem, si omnes in coenobio tristes fecerint, perfectos se per-  
orant fecisse. At ubi illud, Dulcis Domine Spiritus tuus? fla-  
gella & rigores augent, & charitatem velut hostes expugnant  
qua est vinculum perfectionis. Planè agunt sicut illi de qui.  
bus Historicus, qui ubi solitudinem fecerint, pacem appellant.  
Hæc tenus ille. E contra Subditæ crebro non illud quod dixit  
S. Ephrem Parænesi. 35. Recordare quod mundo renunciasti &  
propria voluntati, & verbum non sustines? & Paræn. 38. Itane  
Monache professus es te Christo placere velle , ut tribulationes &  
tentationes, quæ ingeruntur ab Adversariis non foriter sustineas ;  
neque correctiones & admonitiones à tuo Praefecto susciperes? Cum  
Apostolus dicat. Quodsi extra disciplinam estis cuius participes  
facti sunt omnes ; ergo adulterini & non filiores. Cæsus es? ga-  
ude, te cæsum verberibus, verum & erratum corrige. Injustè verbe-  
ratus es, gaude quia mercès tua magna. Ferè in cœnobiosis im-  
patientiores sunt, ait Gal. ut qui in sæculo plura sustinuerint  
Videte ne in aliquem cadant querelæ S. Ephrem. cap. Forum  
correctio. Attendite obsecro quid dicam qui vitam hanc Monasti-  
cam sustulisti, & contremisci. Angelicum ferentes habitum cum  
diabolo militamus. Habitus est Angelicus sed vita sacerularis. Num

inter Angelos viget contentio ac zelus quemadmodum nunc inter Monachos cernimus? &c. Vix tertius est dies ex quo Mundo renunciariunt & cum illis, qui in habitu consenitare, contendunt, ne volunt redigi in ordinem aut cuiquam obtemperare, sed excusationes excogitant, & ne corpus fatigent alius alium respicit. Subiit obedientiae jugum & vult imperare, irascitur si admonetur, non faciam respondeo nisi ille ventiat &c. Sapè qui domi sue fuerat operarius & ignorabat quæ illius esset dextra vel sinistra, in monasterio studiosus & interpres, ac doctor incedit, &c. Mondo pecunia duntaxat renunciavimus re autem ipsa quæ mundi sunt amplectimur. Excessat mendax excusatio. Habitum Monachi sumus moribus crudeles quidam & inhumani. Habitum humiles, moribus pestilentes. Habitum Religiosi, moribus perniciosi. Habitum dilectionis moribus inimici, habitu chari &c. Nolite putare in cinguli & vestes longa consistere vitam perfectam aut in eo satueem esse possum, quod manus habet mundas, quod eloquens sit, quod scripturas interpretetur, quod capite incedat raso, aut comam nurriat. In virtute, in bonis operibus sita est. Hoc autem dico non ut habitui detrahamus, absit sed ut ostendamus habitui debere mores & opera congruere. Habitus enim sine operibus nihil est.

Ad hæc attendat Abbatissa, ut claustrum servitor, ut regulæ impleantur, silentium vigeat &c. Et Materno inducat affectu ut noverint Filiæ ab amore non odio correptionem procedere, itaque unis se Matrem alteri novercam exhibeat, & malit ut de suo errore quilibet sponte peniteat, quam ut puniatur. Habent blanda verba vim magnam eti dulcem, emollient cor, ut in eo quod volunt inprimerent possint, dura è contra faciunt obdurari. Omnia perfecit Paulus eti totus dixerit, Filioli mei, viscera mea, corona mea, &c. neque tradidit Sathanæ inter tot millia nisi unum, idq; propter enorme & notorium scelus adjuncto simul amore ejus salutis,

salutis, & ad utilitatem omnium. Christus non coegerit ullum pœnis ut suus esset discipulus; Antichristi id erit, non taceant, tamen si lupum venientem videant, prospiciant ne aberret. ovis; Meminerint illius quod Greg. 2. Pastor 6. monet. Qui cum curare corporalia funditus negligunt, subditorum necessitatibus minimè concurrunt, quorum prædicatio plerumque despiciatur, quia dum delinquentium facta corripiunt, sed tamen eis necessaria presentis vita non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur. Egenis to etenim mentem sermo doctrina non penetrat, si hunc apud ejus animum manus misericordia non commendat, tunc autem semen verbi facile germinat, quando hoc in audientis pectore pietas prædicantis rigat. Claudat hunc sermonem monitum synodi Sylcovianæ Cracovien. cap. 4. ubi &c. Monet Parochos, quod omnibus curam animalium habentibus servit. Ad bona gubernationis modum pertinet in rebus agendis dexteritas, suavitas, effabilitas, compasio, non indignatio, non pauperum contemptus, non avaritia. Ut facile agnoscant Parochiani Pastorem suum jure officio fungi idque ex mira caritate, quæ est medium efficacissimum ad lucrandas hominum voluntates.

### In Consecratione Monialis.

*Ecce Sponsus venit exite obviam ei.* Matth. 25.

**A**liquos DEUS ipse transeundo vocat, ut Apostolos, *Sequere me;* ad aliquos misit Angelum ut ad Centurionem in actis Apost. ad aliquos virum aliquem sanguinem ut ad Davidem Nathan Prophetam. Sed ad virginem ex proposito ipse venit. Nam pro SS. Virginibus legitur Evangelium vel de thesauro, ad hunc venit homo & emit agrum illum: vel de Margarita, dedit omnia sua & comparavit; vel de decem virginoibus.

G 3

gioibus.